



9





an 16  
47.  
AD  
Clarissimum atq; Excellentissimum,  
arte, virtute atq; experientia  
VIRUM  
DN.

JOHANNEM GEOR-  
GIUM MAGNUM PHILO-  
SOPHIAE AC MEDICINAE  
DOCTOREM,

Filiae unicae

URSULAE,

Matronae ingenii, corporis ac fortunae bonis  
cumulatissimae,

*Prudentissimi Subactissimiq;*

VIRI

DN.

PHILIPPI MULKEAU

Mercatoris Hamburgensis

integerrimi

Uxoris desideratissimae

*Obitum acerbissime lugentem,*

THRENODIAE,

SYMPATHIAE,

PARAMYTHIAE

Amicorum Viadrinorum.

---

Typis MICHAELIS KOCHII

Anno 1628.

9\*

Charitativum ad excellendum  
ante virum ad experientiam  
VIRUM

JOHANNEM GEOR  
GIUM MAGNUM PHIL  
SOPHIE AC MEDICINAE  
DOCTOREM

URSULA

Matronae ingenii corporis ac fortunae bonis  
compositae

Philosophiae Liberae

PHILIPPI MILIKERAN

Mercatoris Hamburgensis

ingenium

licetis desiderantibus

Optimum acerbis in luculentis

TRINODIA

SYMPATHIA

PARAMYTHIA


Americum Vindictam

Joh. MICHAELIS KOCHII

Anno 1618



Excellentissimèq; Vir,  
Amice observande,



DOEROREM tuum, ob suavissimam unicamq; filiam, prematuro exitu, ac quasi inverso naturæ ordine, parentibus, liberis maritoq; ad mortem ereptam, ægerrimè intellexi: doloremq; in me non minus quàm triste nuncium derivatum sentio.

Tanta enim in amico rei optatissimæ inopinata jactura quis non afficeretur? Adeò satis vehementiam tristis tui adfectus, neq; injustam, ex me colligere ac considerare possum. Vererè admodum ne animus nimio ex luctu solatium quærens penitus defatigetur, tardiusq; ad firmitudinem redeat: ni virum te scirem, jam præter sapientiam sacram ac profanam, fragilitatisq; humanæ accuratissimam cognitionem, etiam tot annorum experientia adversus hos aliosq; fortunæ casus, vel potiùs ludibria humanitatis satis munitum. Revolves hæud dubiò frequentia ejusmodi, etiam in Regibus recentia nostro seculo exempla, DE IQ; singulari providentia ac voluntate præposteros illos naturæ casus accidere. Voluntate, inquam, quæ summa ratio est, in

quam inquirere periculosum, & cui omnimodò obtemperandum est. Quod à te fieri, fructusq; solatii & fortitudinis inde decerpi, pro pietate tuâ singulari non ambigo, pro mea autem in te studioso officiosoq; affectu, toto animo roveo. DEUS Ter Opt. Max. tibi hanc aduersitatem latioribus refundat in felici, salubri prosperoq; statu: tibi uxorem, reliquos liberos, generumq; cum nepotibus ac neptibus, teq; illi conseruet. Francofurti ad Oderam 13. Septembris Anno 1628.

Tui

Observans studiosusq;  
Amicus

GERHARDUS ROMILIANUS  
à CALCKUM, cogno-  
mento LUCHTMAR,



AD

AD  
Excellentiss. & Experientiss.  
Virum

DN. D. JOHANNEM GEORGIUM  
MAGNUM, MEDICUM ELE.  
Electorem Brandenb.

MAGNE quid hoc? Luctus, magnum quoque  
pectus acerbat,  
Cogit & in lacrimas anxifer ire dolor?  
Nata tibi, sed amata tibi, denata repente,  
Cujus te magnus semper alebat amor:  
Unica, quæ Patrem, morata ferebat ocellis  
Pignoribusque suis deliciabat avum.  
Magnatibi storge, magni tibi causa doloris,  
Quæ dare curarum millia tanta solet.  
Sed quid agis? ne te vel nomine fortè minoreml  
Momine sub tali, mollior indigitet:  
Magno age sis animo, Lethes fatalia ride  
Spicula, quæ calles frangere mille modis.  
Atque audi à summo Medicorum Principe fatum,  
Dormit, & ô fidas, Filia vivit ovans.  
Vivit in æthereis, mortalia despicit altum  
Et vitam à VITA ducit in occiduam.  
Fortè manum vortas, & erit, tua Gnata resurgens  
Amplexus ruet in; tota beata, tuos.

Hoc

Hoc etiam refrica, quot mortes, morte sub una  
Effugiant, ad se quos vocat ipse DEUS.  
Cottidiè morimur, quia plurima mortis imago,  
Sed citò qui moritur, valdius exoritur.  
O terris moriamur, ut exoriamur in astris  
Vifuri lucem, qua sine, lux tenebræ.

CHRISTOPHORUS PELAR-  
GUS D.

---

**V**Ita præsentis miseranda secli  
Pœna, non vita est: facibus dolorum,  
Indies cunctos Nemesis superna  
Acrius urit,  
Tu tamen lugens nimium, redemptam  
His malis Natam, juvenile quamvis  
Corpus & formam & pretiosa vitæ  
Munera habentem.  
Quò magis circumfluit omne Mundi  
Commodum & donis bona Sors abundat:  
Hoc magis mors & mala sors fruenti  
Fortiter instant.  
Lapsus à summis gravior cadenti est,  
Quàm levis casus: sed & à supremo  
Crebrius, quàm de mediis ruentes  
Conspiciuntur,

Quos



Quos heri magnos cœluisse Soles  
Juserat, viles atomi feruntur  
Hoc die, queis vix licet impetratâ

Vivere quadrâ.

Hic nihil fixum solidiq; nil est:  
Hic diu vitam tolerare noxa est:  
Inter has clades superesse pœna est,  
Suppliciumq;.

Interim dum se satiet Megæra  
Carnibus nostris, Nemesisq; sæva  
Expleat rictum (siquidem hæc meremur)  
Cuncta feramus.

At quibus cœlum dedit exuisse  
Anxias curas, totidemq; mortes  
Quas subimus nunc, age propter istos  
Ne doleamus!

Est quod efflictim doleamus omnes:  
Quod suam Teuto vorat ipse carnem,  
Trux & insanus, propria absq; fine  
Viscera mandens.

At beatorum socias phalanges  
Auctiores unâ animâ esse factas,  
Ecquis existat, sibi qui dolendum  
Esse putaret?

GREGORIUS FRANCUS S.T.D.

& Facultat. in Viadr. p. t.

Decan.

ALIUD.

A L I U D.

**A** N doleat sobolis letho aut letetur amata,  
 Ambigit ambigua sorte subactus homo,  
 Actus humo scævo rerum discrimine, morbis  
 Moribus & variis scinditur, atq; dolet;  
 Vita, dolor mundo, corq; urens cura fatigat,  
 Et quò plus mota est, mens mage muta dolet.  
 Quin pote letemur, CAPITI quàm libera CHRISTO  
 Corporeis vinclis mens sociata viget.  
 Magno animo Nata gaudeto, Magne, beato  
 Discessu, accessit gaudia fixa poli.  
 Jubilat illa magis gemmis illustris Olympi,  
 Quàm gemmis viduus jubilat auriferis.

C T R I A C U S H E R D E S I A N U S  
 J. U. D. & Profess.

---

**M** A G N E, doles: nec sponte doles: tibi filia  
 tantâ  
 Unica Lætitiâ suscepta, educata labore  
 Tanto, jamq; viro nupta & prole aucta decorâ,  
 Occidit, adflicta procul, & civilibus armis  
 Ardente à patria: columnen, baculusq; senectæ  
 Occidit, & sobolem infantem, parvosq; nepotes  
 Absenti legavit avo, iussitq; valere.  
 M A G N E, doles, & jure doles: medicusq; medentū  
 Confili-

Consilium, poscisq; manum: Verùm alta paterni  
Vulnera cordis opem excedunt, artisq; medelam.  
Ergò tibi è medico fiam (patere, obsecro) Vates,  
Immissa in messemq; alienam falce medebor.  
Namq; mihi in simili casu, luctuq; levamen  
Attulit, & mœsto NEPENTHES nobile patri  
Sæpè fuit, CHRISTI vox læta, audita parenti  
Sollicito: *Natus vivit tuus* (inquit) & ille Joh. iv.  
Mox animus cum voce redit, pueriq; reversus  
Spiritus emicuit. Quòd si nunc obvius idem,  
Ille tibi fieret Medicus, tria verba locutus:  
Quis tibi tunc sensus, quæ mens foret, inclyte M A-  
GNE?

Cessaretne dolor, versusq; in gaudia luctus? (cem,  
At nunc audieamdem CHRISTI me interprete, vo,  
Et fidei hanc digitis animo altè inscribe paterno:  
VIVIT NATA TUA, & longè meliore, fugaci  
Quàm vita hac, fruitur: nec tu potes ipse negare,  
Majorem esse his vim verbis, quàm fortibus herbis,  
Quarum nulla tamen morti est inventa medela.

Quare siste gradū, Medicumq; hunc eminūs audi,  
NEPENTHESq; tuo hoc cordi imprime firmiter. & si  
MAGNE, doles, non usq; dole: TUA FILIA VIVIT,  
CESSAVITq; MORI: nostrum quod nemo recuset,  
Qui vitam hinc trahimus miseri, morimurq; beati.

SAMUEL SCARLACH D.

R \*

B

MAGNE,

**M**AGNE, tuo *magnum* est infixum in pectore  
vulnus:

Dum cecidit fato **FILIA** præpropero.  
Filia, non una è multis: verum unicatantum:

Quam Coniunx peperit summè adamata tibi.  
Filia, quæ quatuor post sese nupta reliquit

Pignora: sollicitæ quæis ope matris opus,  
Tutamen hanc *magno* jacturam pectore perfer:

Nec frangant animum fata inopina tuum.

Sorsea nunc hominum est nostro viventium in or-  
be: ut

Mors sit solamen: vitaq; supplicium,

O fortunatos, & terq; quaterq; beatos:

Quæis datur in Domino ritè pièq; mori.

Ast Patri æthereo curæ, proprioq; Parenti

Orphani erunt semper: & tibi, mitis *Ave*.

M. CHRISTOPH. NEANDER

Acad. Francof. Professor P.

*ωδρμυθιας ένεκα* scribb.

---

**M**ors est, non vita est, presenti tempore **VITA**,  
Dum rabidi & rapidi Martis amaritie

Cottidiè morimur, curâ consumimur acri,

Quod gemimus, semper, quod lacrymamus, adest

An discedendum è lecto, num militis ense,

An tristi exilio, vivimus ancipites.

Suntq;

Suntq; adeò fausti, mundi qui Marte relicto,  
Pacifici in cælis lata tropæa tenent.

A morte ad vitam properant, atq; inter amœnas  
Cæli delicias lumina viva vigent.

Mentem igitur, MAGNI vir NOMINIS erige  
magnam,

Filia & abscessum, tempore Martiaco,  
Magno vince animo, magno preme corde dolorem

Magnum, pro lacrymis gaudia, MAGNE para.  
Filia pro bellis, PACIS nunc possidet ÆVUM

Et VITAM vivit, SPE, FIDE, AMORE bo-  
nam.

Ne bona, NOSSE MORI, Vita est sapientia! VIVIT  
QVI MORITUR: si vis vivere, DISCE MORI.

IX. VIIIbris  
scrib.

THEODORUS EBERTUS  
Professor & p. t. Ordinis  
Phil. Decanus.

---

EPIGRAMMA FUNERALE.

**P**ulcra fuit divesq; fuit, cata, casta, pudica,  
Delicium Patris, Deliciumq; Viri,  
Omnia cum fuerit, MAGNI URSULA;  
defuit unum;

Immortali etenim non erat orta satum

B 2

Non

Non cata, non dives, non pulcra est URSULA  
MAGNI

Nec Genitoris Amor, Deliciumve Maris;  
Nil cum sit, tamen est nunc omnia; possidet unum.  
Immortali etenim est, mortua, juncta DEO.  
Nil pulcrum, dives, solidâq; ex parte beatum,  
Quod mox in cineres Mors inopina premit.  
Est semper pulcrum, dives, solideq;, beatum,  
Quod solido junctum vivit ovatq; Bono.  
Qui varium deamat cupidè & mutabile donum,  
Quò magis ille adamat; tristiùs hocce dolet.  
UNUM qui in cunctis redamabit, & omnia in UNO,  
Quò magè sic adamat, mitius hocce dolet.

JOACHIMUS MAGIRUS  
Profess. P.

---

A L I U D.

**D**Enatum propero funere filium  
Lugebat viduo flebilis in toro  
Ad portas Naimæ mater, & unicam  
Plangebat sobolem, spem patriæ domus.  
Quin & municipum magna dolentium  
Maternis lacrymis intererat cohors,  
Mæroris stimulos demere, & anxias  
Curas blandidulis tollere vocibus  
Tum fortè adveniens orci fragus Deus,

Audiuit

Audivit gemitus, heu! miserabiles,  
Deslentis viduae tristia funera  
Exstinctae sobolis; dixit & illicò  
Affectus lacrymis propitius DEUS;  
NOLI FLERE tui fata novissima  
Nati, & caeruleam ponito vittulam.  
Sic fatus loculum tangit, & illicò  
Inclamat juvenem: Surge, ait, & redi  
Auras ad superas è tenebris necis.  
Et tu, MAGNE, potens viribus ingeni,  
Artis Pæonia conspicuum decus:  
Quem fama & pietas evehit ad polum;  
Ereptam sobolem præcipiti nece  
Luges: Et meritò. Namq; erat unica  
Patris nata senis: læta levamina  
Urgentis senii: delicia viri.  
Verùm luctifico pectora turgida  
Quid mærore geris? questibus aëra  
Quid replet? lacrymas mittere desine.  
Nam, Vir Clare, tuos cunctipotens DEUS  
Audivit gemitus, propitiusq; ait:  
NOLI FLERE tuæ tristia funera  
Nata. Non obiit: per me etenim redit  
Auras ad superas è tenebris necis.

Henricus Freund Lipp. Westphal.  
L L. Studiosus.

EPITAPHIUM.

**N**ON est quod plores pie grex, moestissime con-  
jux,

Non est quod multis fletibus ora riges.  
Omnes lex sisti jubet ad vadimonia mortis,  
Excusat nullum fontica causa reum.  
Vixi ego, perversi vixi hinc in carcere mundi  
Annos per paucos, nunc peto regna Poli!  
Sic nos, sic omnes idem manet exitus, omnes  
Lethiferis telis obvia turba sumus.  
Ergo quod plores, pie grex, dulcissime conjux,  
Non est, sed gemitus contrahe vela tui.

JOACHIMUS VOGETIUS  
Gardeleg. Marchicus.

---

**I**N tristes surgo fletus & lugeo ademptam  
Natam, Fautor clare, tuam, pietatis amantem,  
Quæ solamen erat magnum & spes una mariti.  
Digna quidem fuerat, quæ plures viveret annos  
Ast hanc ante diem sub leges atra vocavit  
Mors, vitale fuitq; coacta relinquere lumen,  
Instantis videat ne tempora tristia secli.  
Nunc exors mundi cælestia gaudia sentit,  
Et semper fruitur per secula cuncta quiete,  
Letitiâq; novâ, quam nullus vidit ocellus.  
Sed nos innumeris pressi oppressiq; periclis,  
Degimus



*Degimus hanc vitam miseri sine fine malorum.*  
*At sine fine videt CHRISTUM, quæ morte per-*  
*empta est*  
*Et superis sua per cælos commercia miscet.*

CASPARIUS CUMMERUS  
Elaphopolita Pa-  
latinus.

---

**F**LEbilis heu casus ! Patris cadit URSULA  
MAGNI!  
Unica Nata, simul pudibunda, venustula, flo-  
rens:

Et quod præcipuum, nulli pietate secunda.  
Quisnam adamas, durus quis durimiles Ulyssis  
Temperet à lachrymis? tot perdita dona querelis  
Quis non urgeret? Solamen uterque Parentum,  
Amittunt, Vir dimidium cor, delictumque;  
Et Matrem Nati: Agnatam Agnatiq; fidelem;  
Et vivum exemplar morum amisere Maritæ.  
Iccircò hoc damnum deplora: & discere cœpta,  
Quod sit vita brevis: quod quosvis dextera mortis  
Falce metat rapidâ, nec cuiquam parcere possit,  
Æquâ lege humilem casulam & regalia tecta,  
Invadit; pupos, juvenes, bellasq; puellas  
Decrepitosq; senes, vetulas, vegetasve maritas  
Vi trahit, haut formæ, haut obryzo, haut parcit ho-  
nori.

Nec

Nec securus eris: Nam quod modò contigit uni,  
Hoc itidem tibi cras contingere posse putato.  
Quare defunctæ exemplo virtutibus auctus  
Intrepidè quovis expecta tempore mortem.

Συμπάθειας ergò  
apposuit

MICHAEL KOCHIUS  
Francofurt. March.



## EPISAGMA.

**N**IL adeò saxum, quod non Sapientia vincat  
Nixa DEO: cuius nutum qui intelligit, ille  
Mox sese imperio subdit, mox iussa capeffit,  
Quæ dedit Omnipotens. Ecce lucteris ineptè  
Contra iura poli? Thracum hoc est atq; Scytharum,  
Tela polum versus jaculari; ubi fulgurat aethra.  
Nostris est JHOVÆ major clementia culpis:  
Sunt leviora malis admissis tormina. Quare  
Oremus, nostram quò vincat gratia culpam:  
Gloria ut eniteat Domini, & nos grata voluntas  
Ejus amet, beet & quantocyus auferat Orbi.

•••(•)•••



ULB Halle  
002 677 830

3



56

Nv 1999

(1/69.)

VD 17







Farbkarte #13

B.I.G.

*an 46*  
97.

tissimum,  
entia

GEOR.  
PHILO.  
ICINÆ

Æ,  
fortunæ bonis

*issimiqz*

LKEAU  
rgensis

simæ  
gentem,

Æ,  
Æ,  
HIÆ  
orum.

UCHII